

BOA
5
dicitur equitare ubi vel replebimur
spolijs uel cum adversarijs prelia-
bimur venientibus in occursum.
sit itaque quisque sapiens et consi-
deret ubi sumus et qualem si non
obtinēbimus poterimus habere
regressum.

Cum igitur omnibus placisset
oratio eodem hora tertia pars civi-
tatis et milites omnes equitaverunt
ad burgum in campo cum lucensibus
ceteris remanentibus. Et cum in-
venissent burgum gentē vacuum
et redirent spolijs repleti burgo
conbusto. ecce pisani venerunt
sarno flumine in medio fluente.
Florentini vero obviam in flumi-
ne se facientes eisdem bellum
fortissimum agitarunt. et cum
partem suam flumini viriliter
pars unaqueque defenderet appar-
ruit acies militum de bosco exiens
et irruens in pisanos bellum forte
fortius fecit cum eisdem in quo
ex utraque